

Dissertatio  
Medico-Theorico-Practica  
De aliquibus dolorum lateralium differentijs,  
et modo, quo à pleurite de differunt.

Scripta, et enarrata  
a Doct. Joanne Josepho Martinez Rubio.

Si quis innumeris carbunclo notare stultias,  
quas Martinez Rubio fuit usque.

Nec mea, frons, erat, magis impalescat colore:  
ignorans examen, at interea male tandem,  
si non pariteat se divulgarise libellum.

Seruum egacinit Pieta: Verum, cum ad summam  
illam, in qua nunc sum positus, honoris laudem,  
letis vocibus, et ingeminatis plausibus, meum  
testatus sum gaudium, aliquid Apollinis fa-  
cultatis dicendi, licet totum corpus rigeat,  
lingua valbucat, mens vacilet, vultus rubeat,  
et visus, pre timore, caliget (per illustris Doc-  
tissima Matritensis Academia) que paucis  
ab hinc annis, ob tuorum peritorum Doctorum  
virtutem, constantiam quippe, eruditio nemque,

qui causarum monstraum scientiam, eorumque  
medellam in excelso hoc gradu, magnacum gloria,  
licet multarum invidia, ut plurimis notum  
est, collokarunt, regalem titulum meruisse  
mihi namque credo tam exaltationem, premium  
que accipies, quia in Illustrissimo hoc Thatro,  
unusquisque suis solutis dubitationibus expe-  
ditur sine quo.

Hanc enim ab causam, non semel me  
stimulavit late dedita tui nominis fama, ut  
additum ad te omni ratione quererem: sed tum  
enim meus pudor, tum ineptitudinis constiuen-  
tia, tum meae stultitiae pudicitia claudebat fores  
tui honoris, tueque famae; tuorumquidem mem-  
brorum splendore oculi prestringebantur, dum  
tot maximos Apolinoes Heros recitatabant,  
quot sunt discipuli tui, peccatumque Doctori  
cui enim ignota sunt eorum nomina? Cui au-  
tem eorum scripta? Cui denique eorum medella?  
Cui tandem eorum debita exhibita specifica re-  
media? Quibus a mortis faucibus, quasi mira-  
culose innumeros, infinitosque liberarunt. It  
maximis encomijs tota confitetur Hispania, et  
ut sequentia asserunt carmina

Academia ut morbos pellere nemo potest,  
jam dudum brevia adfuerant, si stamina vite

longa foret Medicis ars, et Apollinea  
ingenij ast Academiz acie sors volvitur ipsa  
vita hominum remeat longior, ars brevior.

Gaudiat omnis homo, magis ast nunc quadra eger,  
sanandi verum dat Academia opus.

¶ Verum enimvero cum indeclinabile preceptum,  
atque indelibile hujus realis Academiz institu-  
tum, optimusque impositum à petenti, seu de-  
sideranti horum celeberrimorum Doctorum  
societatem, sit, aliquam dissertationem, vel li-  
belum Apollineq facultatis scribendi, eamque  
in presentia omnium suorum Doctorum dicen-  
di; dico, quid enim dicam, vel scribam? si  
sum intellectu cecus, ingenij surdaster, rati-  
one orbatus, et omni bona Doctrina obtenebratus,  
nec aliud abest, nisi ut sim mutus, cum sim ni-  
mis garrulus, et aliena rei medice opera ap-  
positè, et orbis literary aplausu confutare, non  
his, nec omnibus, sed paucis datur, adeoque ita  
recte cecinit Poetas.

Ludere, qui nescit campistribus abstinet armis.

Nam

Non cuibis homini contingit adhuc Corinthum

Quia

Rusticus, et Nubes non dant sine pertica fructus.

Multa rem magis ignor, quando video vos, mul-

ta prudētia, majori doctrina, maximaq[ue] loquen-  
tia universam quidem facultatem tetigisse, nē  
fabeolam aliquam desinuisse intactam; h[oc]  
circumstantia probè a me circunspecta, quod  
nullius est utilitatis medice, facultati, magis  
vereor scribendi, adeoque modum omnibus parti-  
bus ignorando, cumque cogitando inveni, ubi om-  
nia inveniuntur bona: nempe in verisu octavo

P. 62. Regis David dicentis: Et in velamento  
alarum tuarum exultabo. O Academia illus-  
tris! O Celeberrima Academia, clavis omnium  
discipulatum Chirurgarum, Pharmaceuticarum,  
Medicarumque Magistra! Nova, rectaque mor-  
borum prab[ea]z indolis medella, realis Aquila;  
quæ non tantum Aquilam volare doce, sed &  
quidem thyroneos penitus Magistros reddis, in-  
tellectu cecos clarissima luce illuminas, ingenij  
surdas tuos auditos revertes, ratione orbatos agis  
sui rationem reddere, et omnes bona doctrina ob-  
tenebratis eloquenti, rectaque scientia inductos  
retabuis. Nonne ubi nam est talis Magister?  
Iam audio aliquem mihi dicentem: In nullo loco  
rum inveni, solum in te reperi, tamen, et si  
levem auriculam videor mihi videre, me esse,  
omnes has quero perfectiones, sicque te humiliter  
deprecor, ut des mihi copiam, constanterque rogo

te ut inter tuos veros Discipulos me constitutas,  
in te fiximè spero non spennere me, quod au-  
tem si hoc, ut postula, concedis mihi, quanvis  
lebem aviculam, impotensque nunc me videar  
primam litterarum, et atmosphere regionem  
volitandi, in velamento alarum tuarum cons-  
titutus, positusque, do tibi fidem, me futurum  
esse peritum, clara luce illuminatum, et recta  
scientia induitum, non tantum primam atmos-  
phere regionem australibus, nebulosisque vaporis  
bus imbutam verum enim vero secundam, ter-  
tiisque ejus, et tuarum litterarum pertransi-  
sire, tuo namque auxilio subtilem me futurum  
esse.

Sine te de me equidem tam elatè non sentio,  
ut in his ausim nomen meum profiteri; qui doc-  
tibus ingenij, doctrina, et libris eximijs tuam  
mereri gratiam presumant, sed inter eos me  
numerari satis erit, qui egregie inter rem lit-  
teraria sunt propensi, quos te proximifico tuo  
erga prestantissimæ facultates medice amatores  
studia non contemnere novi. Non igitur te  
male interpretaturam esse meam audaciarn  
sperare audeo, cum audivexis me non tam digni-  
tate tua, discipulorum tuorum expledore, longa

suarum Dissertationum serie, horumque gestis, et  
litteris, quam doctrina tua, tuorum filiorum  
litteris, virtutibusque inductum, te docendo,  
me in te collendo, et suscipiendo nulli cedere eo-  
rum, qui in te non schoolunt.

Accipias igitur rogo, Perillus-  
tus Itatuitensis Academia, proprie, serenoque  
vultu meq; summe observantie precepti, hanc  
exiguam, maleque conscriptam Dissertationem,  
quod si hoc consequor, et infimum inter alias  
Dissertationes, quas habes hec occupet locum,  
cumque tibi submissè offero, existimabo mei pau-  
ci laboris me cepisse fructum. Cum autem  
de aliquibus doloribus lateraliibus agat, seu  
verset hec Dissertatione, et modo quo a pleuriti-  
de differunt, corumque curatione, de qua mate-  
ria usque adhuc omnium enim Ad. nullus  
scripsit, quia quis illorum magis egit tantum  
per transenam tetigit, necesse est eam more  
Aristotelico, ut agam, scribendi. In primis  
rationem dubitandū proponam: Secundo loco  
eius essentiam, seu quiditatē adducam: ter-  
tio causam tam materialem, quam formalem  
referam: quarto signa cum pleuride analogia,  
eius propria characteristica, et a pleuride distinc-  
ta tradam: quinto denique uniuscuiusque

Diferentia curationem, et casum dicam de voluntate.

Iuam fretum, durumque Phisicis sit, penetrare velle graves affectus, curareque morbos thoraci invadentes. O quantum duxius, difficultusque demonstrationes conficiere, et veras, ac solidas horum phenomenorum, et effectuum rationes apposita, et intelligentius reddere, quamvis plures, ex Phisicis veritates antea cognitae, perspectantibus habeant, jam olim agnoverunt Baglibus, dixitque Franciscus Sanz à Deo, et Guadalupe, licet non ob quam reddit rationem, nempe quia testudo est thorax, ubinam melior, uniuersaque adamas (nempe cor) exaluminati, pretiosaque uniones, (nempe humor coccineus, et ut antiqui volebant, spiritus) tanto circumspectu conservantur, quod nec ab aero ipsis quidem necessario volunt esse tace, propter quod ipse dixit: idem, quod non vivificat, nos occidit, sed ratio est, quia veritatem enim adhuc incognitam detegere, vel doctrinam quandam clarius explicare, nemo facile poterit, nisi illud, quod querit, vel explanare instituit, ex veritatis jam notis, phisicisque cognitis, scientier eruere didiceret; quod facultatis medice, et precipue quidem in affectibus thoracis non evenit.

Tum etiam quia vasculosa pulmonum

substantia facile obstruitur, & irrescit, &  
corrumptur, tuberculis, pollicisque affectatur;  
membrana, fibra, nervosaque oscillationibus,  
& chrysopatationibus, Spasmodicis affectur, a qui-  
bus solent varias, multaque sanguinis, sedi, et  
lymphæ oriri stases, stagnationes, inflammatio-  
nes, hidropes, et demum harum partium athonie.  
Tum etiam quia si membrana glandulosa, qua  
interius obducta sunt bronchia, corumque ves-  
cule humidum unctuosum a sanguine non sepa-  
rant, pulmones exicantur, costis facile adherent,  
aglutinanturque, et difficillime respirationem  
efficiunt. Tum denique ab innumeris alias cau-  
sas, quibus molestantur, et ab infinitis alias ratio-  
nes, quas Medicis reddere non possunt, et si in  
hiis affectibus falluntur Medicinae Principes,  
ut optimè Bagibis asserit, in eorum curatio-  
ne, & ignorantie quid agent thixones?

Presentis materia an-  
sam quidem scribendi dederunt mihi duæ ra-  
tiones, primam desumpsi ex duabus magnis Hi-  
ppocratis sententijs, quarum prima est sent.  
tb. 6. lib. aphor. ubi asserit Pleuriti de, & peri-  
neumonia correpto, albiprofluviu[m] advenire  
malum esse. Altera ab ipsomet sene, in facultate

medica minime aberrante, relata est in lib. 13.  
lib. 3. coac. præn. ubi ita ait: Quibus in febre  
latteris dolor incidit, si quidem per liquidis  
et vilioris profuse albus feratur, mitescit. Sup-  
pono quod omnibus est notum, nempe in aphor.  
sententia Equum fuisse de pleuritide infla-  
matio, vera, et exquisita à sanguinis stasi  
pleure, et pulmonibus insidente orta, semperq  
cum rigore invadente, in qua non quamcumque  
aut moderatam per alvum evacuationem esse  
malam A.S. Docent, et experientia confirmat,  
sed multam, copiam, et frequentem, hancque  
esse pessimam, que enim si ita pleuritico con-  
tingat, malam esse varijs rationibus certum  
est. In primis quia humor contentus in pec-  
tore, morbumque producens, non potest per  
alvum expurgari, cum ex pectori ad alvum  
nullus quidem manifestus ductus sit. unde  
alius ab eo, qui peccat educitur, non sine mag-  
no vixium dispendio. Tum quia alia quo-  
que viscera, præter spiritalia, nempe natura-  
lia affecta designat. Tum denique non absi-  
milis discriminis periculique in hoc morbo  
diarrheam esse, lymphas divertendo, que furia-  
rum illius frena sunt, aut mulcimina,

coctionem materialitur, sic enim omne abducendo dix.  
rrhœa, quod mitificando debebatur mox vido sero,  
futura sputi parvula suffirantur. Interea tan-  
dem ardore confecti pulmones arescunt, acribus  
succis deparci, nec rōsim concipiunt.

In coac. locutas fuit Hipp.  
non de pleuritide inflamatoria, & vera; sed de nota,  
vel dolore laterali; non autem pleuritico, ut ipse an-  
te enuntiavit, ideo cū latere dolor, sine rigore  
invadens, ac propterea inflamtorius non sit, nec  
humor morbosus, ut sejē contingit in pectori now  
sit contentus, optimè materia, mox būm producens,  
potest per alvum deponi. Ideo, cū inflamatori-  
us non sit, sed congestionalis humoris lymphatici,  
vel à fluxione sebaci, vel lymphæ, vel à flatibus,  
propter ventris infexiois chachochimiam, & qua  
propter vagones elevata dolores surgunt, sit depen-  
dens, hi omnes per ventrem inferiorem terminari  
posse certum quidem est; de duabus ultimis nulla da-  
tura dubitatio: nam si de aliquo aliqua esset difficultas,  
esset de congestionali dolore, et hęc hac ratione  
tolletur: cū enim quebām vasa lymphatica, & pre-  
cipit, que ex partium substantia nascuntur aquo-  
sam succi nutrici, & lymphæ partem ibi subsisten-  
tent (à qua dolores tales laterales fiunt) absorvent,  
et per intestinorum glandulas expurgant, que postea  
per alvum deponuntur; qua ratione nulla manet dubi-  
tatio.

Secunda enim dubitandi ratio est, nam cū quam  
plurimi exorti aliorum locorum incole, dolosibus

lateralibus affecti, meum implorarent auxilium, statim namque cum quibusdam medicis in consilium veniebam, eorumtum esse pleuritide corruptum dicebant (cum esset levis dolor lateralis) per septem, vel octo vices ~~ju~~<sup>er</sup> sanguinem mittere tantum, dicebant, quoque video mihi videre plures phlebotomeas esse celebrandas (ut ut sanguis ad vitam non faciat necessarium) nam tales inflamatorij morbi solum phlebotomia curantur; et quidem quidam ex his medicis assertum nullum mortalium posse interixi sine pleuritide; cum in mea quidem sententia ad modum raro sint pleuritides vere, et primariae, nunquid enim si plures, quam concipio dantur, hec quidem sunt secundariae, illiusque genesis, quas dari Ballonius, Et muleus, Offm. et Baglii assertunt, que si vere non sint, eas per phlebotomiā solent supervenire.

Et quidem in his casibus nullum inflamatorij pleuritidis repertum, multa vero signa fluxionum chachiquim, et cruditatum, ob quam causam omnes minus phlebotomati interierunt, praecipue vero anno quadragesimo sine phlebotomea, vel paucum phlebotomati coaserunt, et praecipue iij, quibus moderata contingit diarrhoea, quo in tempore multoties memoxiam feci magni Hippoc. qui in N. 19. sect. 3. coac. p. 2. ait: Dolores circa latus tenuiter consistentes in febribus citra rotas costas, Venę sectio recessit, et sicuti in his venę sectio non curat morbus, sed penitus vitam tollit, ut quanplures sunt historiae A. L. majoris famam veterum, quam recentiorum, hoc quidem assertum sola, et unica tantum observatio in Fed. Offmaru

reperiatur, de pleuritide nota vena sectione curata, et  
tanguiam miraculum quidem ab ipso relatæ; que in  
pleuritide vera paulo post mutata fuit, cum sint in-  
numere aliorum h. observationes sine ullo periculo,  
et tandem pex vena sectionem cum sanguine vitam  
extra spissent: videantur Mar. Cur. Burnet. Ballo.  
Sydenam, Bonetus, et alij quam plurimi. Contrario  
in vera pleuritide evenit modo, quia inflammatio,  
et cum rigore invadens frine quo nunquam datur in-  
flamatio) est, quia vena sectio indicata est, hec omis-  
sa, vel non facta, dolor vehementer uxet, febris, et  
inflamatio augmentur, taliter, ut ergo nec tuisire  
quidem valeat, sed immanni dyspnea laborans sufo-  
catur. Videor mihi videlicet sufficientes esse dubitandi  
rationes, et sic pergo ad rem.

Cum enim h. Medici logi-

cas non assignent definitiones; sed harum loco meras  
scribant explicationes, illorum more ita notam pleuriti-  
dem, seu dolorem lateralem definio: nempe tristem,  
et molestam sensationem, tam muscularum inter costalium  
externorum, quam internorum, et aliquando pleure,  
cum, vel sine febre, et tusi, oxtam vel a fluxione, con-  
gestione, flatibus, vel a seorsis humoribus, et acutius in  
thoracem, et musculos intercostales effussis, ut in febre  
cathartali sepe contingit, et ab alijs causis, a quibus  
sepe producitur. Ex qua autem explicatione quædam  
emergit dubitatio; non nempe tantum inflammatio  
pleura, veram producere pleuritidem, ad quam dubi-  
tationem perfaciè quidem responderemus: nullam veram  
pleuritidem esse sine pulmonum inflammatione, quod

præterquam penitus docet experientia, in dissecotoribus  
et a pleuritide extictoribus, ut ego in duabus vidi; et  
docti anatomici idipsum perleganter demonstrant,  
asserentes plures dissecotoribus vidisse, qui vitam morte  
mutarunt ratione pleuritidis, et pleuram in nullo  
eorum inflamatam invenisse. Et quanvis aliquando  
detur hæc pleuræ inflamatio, tandem quandoque pulmo-  
nibus non communicatur, non constituit veram pleu-  
ritidem, nec est ita periculosa, quia in ea non est febris  
ita acuta, pulsus ita duxus, tussis ita vehemens, res-  
piratio ita difficultis, nec sputum est sanguinolentum;  
sicuti est quando pulmones inflinati existunt, ve-  
ramque constituant pleuritidem, quanvis sepe con-  
tingit inflammationem pleuræ subito pulmonibus  
communicari.

Iam quidem audio aliquem, dicentem,  
Si pleuritis dari possit pulmonibus tantum inflama-  
tis, nullaque existente in pleura inflammatione, cum  
illi sint verè vasculosæ, spongiosæ, et vesiculosæ,  
parum, vel obtusum dolorem habentes, quia verè sunt  
quasi sensu distituti, vel parum dolentes; ex qua  
pulmonum parte evenit pungitibus ille, & acutus dolor,  
quo pleuritici ita perenniter molestantur? Ad quam  
interrogationem, perleganter factam, dico: Dolorem  
illum pungitum oriri ab inflammatione membranae  
pulmonis circumamittientie, que cum verè sit com-  
posita ex ramis parisi vagi, octavi, & intercostalis,  
ac propterea penitus ejusdem naturæ, ac sensationis,  
ac pleura, que membrana inflammationem cum pul-  
monibus laborans, dum alterius vidibus cum pulmonibus

similis (multo magis quam pleura) distenditur, ac  
contrahitur, ita illum acutum dolorem producit.  
Clemplius dices: Verum cum pulm<sup>a</sup> tantum in-  
flametur in pleuritide, vel pleuritis possit datur,  
nulla quidem existente in pleura inflammatione, &  
tantum pulmonibus inflatur, simili modo in pleu-  
ritide, ac in peripneumonia, cur in hac non reperi-  
tur dolor pungitibus, bene vero in pleuritide? Ad  
quam dubitationem, pereloquenter factam, dico:  
in peripneumonia inflatur interiores tantum  
pulmonum partes, minimè exteriores, et membranam;  
in pleuritide è contra, membranam pulmonum, & ejus  
tantum partes exteriores: adeoque videtur sufficeret  
hanc rationem.

Cla curationem tuto, et faciliiter institu-  
endam nihil èque confexxi ac morborum, quorum  
sanationi manum Medicus admoveare sibi sumit  
causas, symptomata, atque differentias, hoc est, pecu-  
liarem uniuscuiusque morbi indolem probè nosse,  
res est, de qua inter Medicos rationales nulla est  
dubitatio, quia cum unus morbus alterum, tam in-  
vasionis modo, quam symptomatum plurimum  
parilitate, tam exactè sepius referat, ut primo  
statim intuitu, vix alius, ab alio exquirite posse  
discerni, uti in his dolorum differentijs contingit,  
utique maximè necessarium est scire; ideo de una-  
quaque differentia ratione loci, et cause singulari-  
ter agam, et uniuscuiusque suas notas charac-  
teristicas referam, genuine indolis, et eventus

morbi, casum, et avarizionem dicam, hoc enim in  
omnibus morbis observatum, quod stetidum  
reddit fama celestem est.

Prima dolorum lateraliorum dif-  
ferentia ratione loci affecti, et causa desumitur.  
est namque inflamatio, non pulmonum, sed musculo-  
rum thoracis intercostalium, tam internorum,  
quam externorum, a sanguinis, in finibus arte-  
riolarum, et venularum scibis connexarum, nec  
non tubularum lymphaticorum, ~~in~~ in pleura, vel  
etiam peristio costarum stasi oxata. Porro quod  
in hoc dolore lateralii, est dolor etiam exterius  
manifestus, dum manuum tactu exasperatur,  
simili modo ac decubitu, partem supra dolentem,  
adest quoque febris, sed quanois continua, non ita  
ardens, et acuta, sicuti in pleuritide, tasis magis  
sicca, quam humida, pulsus subdurus, dolor quan-  
doque pungitibus, respiratio que parum difficilis  
est: uno verbo, hic lateralis dolor habere solet om-  
nia pleuritidis signa, sed multo mitiora, quam  
in pleuritide.

Intea quam de causa agam, huc quidem  
magis rei illustrando gratia, de motuum causis,  
et sanguine primitam, hoc modo: Quam certa  
sit vitam a me de mechanicis, et ex necessitate  
agentibus corporeis causis dependere, et simplicissi-  
simum illum motum sistoles nempè, et diastoles,  
qui in corpore, ac in universo canalium systemate,  
circulus sanguinis, omniumque secretionum

ac excretionum causam esse. Ut videmus in pro-  
gressivo motu, quiper innumerabiles vasorum  
myriades sanguinis, et humorum ambiens mo-  
tus, cum secretionibus, et excretionibus, imme-  
ta, et proxima, omniumque in corpore humano  
eveniunt actionum, et functionum causa sit. Ni-  
hilominus tamen, quia progressionis omnis generis  
fluidorum, non modo in cordis musculo, et arterijs,  
sed &c in omnibus tubulis secretorijs, et excretorijs  
nervarum muscularibus perficitur beneficio dilata-  
tionis, et compressionis, quae autem ab influxu li-  
quidi purpurei spirituori, arteriori, et nervosi, con-  
venienter fit.

Id enim, cum certa in dubia, ac constanti  
experientia confirmata regula sit: quod omnia,  
que nervosas partes nullo modo laniunare, arrode-  
re, aut distendere, continxere, vel laxare pos-  
sunt, modo nullo partem minimam nostre eco-  
nomiq; motuum vitalium perverttere, vel perturba-  
re valeant, quia ulla respectu motus inextunt. Si-  
quaque sicuti motibus in machina nostra proportionatis,  
et ad excretiones tendentibus, vita, sanitas, et  
alvi liquoris, et coccinei coloris circulus sustine-  
tur, ita ex passim, motibus improportionatis tubu-  
lis, qui fluida vehunt contraria, liberum di-  
torum succorum impediunt, iniqualemque reddunt,  
ad eoque in parte ex passo afflita, et motu circulati

impedito, ipiusque ad alia loca majori facto à fluxu,  
quo paulatim laxiora fluida in artices canales  
imprimuntur, et hoc modo stases producent, infla-  
mationesque generant. Si vero ob nimiam quidem  
distensionem aperiuntur vasa, nascentur sanguinis  
hemorrhagiæ, et si alio modo afficiuntur, diversas  
paxiunt affectiones.

Panguinem quidem aquozem cocci-  
neum esse, ex parte aqua, sulphurea, et terrea  
compositum, maximè ex fluido, et solo elemen-  
to conflatum, per arterias ex corde ad rapide ad  
universas corporis partes, mediante sistole, et  
diastole, communicatum certius enim certum  
est, et quo nullum animal caret, et in quo vita,  
et nostri corporis robur, vinculumque animæ,  
cum corpore continetur: quo effuso, omnis  
corporis, et animi operatio cœrat, in quoque coc-  
cines humore partes existere indeq; inter se dif-  
ferentes: nam ex solidis, et fluidis, granibus, et  
levibus diaphanis, et spacijs subtilioribus, et fixi-  
oribus aquis terreis, et oleosis inflammabilibus con-  
flatus est; ex quibus omnibus recte mixtis, et  
temperatis, suamque sexantibus figuram, et si-  
cum, exitur illa deteraria substantia, penetrans,  
vitalem humorum circulum conservans, nos mu-  
tuens, ingranans, et vires salutatiter corpori, ac  
animo praefans, optima, tenuissima, et valde mag-  
na potentia expansiva donata; uno verbo: est  
ergo succus mille per orbes, aut circulos per curba-  
mina.

plicatura, et angulo frangendus, pinxendus,  
tenuandus, eoque efficacius, quod in brevi corpo-  
re, quo breviores sunt tuborum circuiti, &  
numerosiores sint anfractus anguli, & recessus,  
quorum omnium remittentis reflectionibus, &  
repercussionibus nullas repetit, fluidum illud  
in naturali statu immensè thenuantur.

Ex dictis novem, in  
quo ponam sanguinis in naturali statu consti-  
tuti essentiam, nempe in tenuitate summa, ex-  
quisita flexibilitate, & fluxibilitate perfecta,  
ut ejus circuitus, quo uno vita stat, atque sa-  
nitas, facilis, integra, atque perennis servetur.  
Statim ac ejus facultas per facile saponificatione ter-  
riva, vel quavis alia, nempe tenuitas, flexibilitas,  
vel ejus flexibilitas propter externos errores, vel subi-  
to, & agitatio, vel sensum, & paucidatim imminuitur,  
vel invertitur, ductibus strictissimis tuborum  
angustatur, in circuito moratur, et ad inflammatio-  
nem, media stabit, disponitur.

Et quibus omnibus aletis,  
clarè constat, causam hujus lateralis doloris in-  
flamatoxijs esse omnia ea, quæ libero sanguinis  
progressu, per minima lateralia vascula à co-  
pia crass materia obstrukione, vel eorum va-  
lida spastica, à materia tenui & cæi constrictio-  
ne obicem ponunt, ad ingenerandam hanc infla-  
mationem esse optimam, præventione quando plu-  
res simul cause antecedentes pro chatarthi, &

remote, in unum hunc affectum conspirant,  
uti sunt qui ex victu etiis impuro potu, et spi-  
rituoso, humidis, et motus defectu, et sanguinem  
in venis aluant copiosum, et spissum, tunc  
maxime quanto corpus per intensorem exaci-  
tationem, valnea callida, operarum laborem, ve-  
hementius exctivatur, et postea fugida aureo  
incanus commotitus, aut subito corpus perfige-  
ratur, ingurgitatur, mox dum hume nanciscitur,  
et quia, iuxta illud Philosophi precepta docent,  
sed exempla selectant, in theatrum hoc nunc  
talis generis egrotum ex mortuis sistamus.

Franciscus, Francisci  
de Agapito Sartoris officio <sup>filius</sup> studiorum, decomet sep-  
tem circiter annorum in villa optimorum sui  
periorum melioris superne, nempe, Immaculatae  
Dei Genitrixie Itariensi Sacrae, que est Itali-  
ensis, natus, temperamenti sanguineo flem-  
matici, spongiosus habitus, cum enim ad exer-  
cendam suam artem in nobili, imperiali que  
Toletana Civitate existet, ludo pilo, et fre-  
quentibus valnationibus deditus, mense Iulio,  
aliquando post pilo ludum, sub sole fervido, su-  
dans, et in valneum, nulla praeterita mora, in-  
gressus, postquam hoc per decem, vel duodecim  
dierum spacium exeravit, incidit in vehemen-  
tem, et pulsativum lateris dolorem, cum febre mitte-  
continua, tusi sicca, nullaque difficultate spiran-  
di;

et pulsu subduno, deplor<sup>2</sup> in lateris dextris decubitu (qui erat affectus) tactu maxime exacerbatur dolor. Vocatus statim secundus capitularis Medicus nobilissimi, et quidem doctissimi S. Toletani Eccl<sup>2</sup>, Hispanianum Parme, Capituli, et cum protinus ad eorum deve-  
niet, dixit Domino suo, meticulo, p<sup>2</sup>issimo,  
et formidoloso, Franciscum acerba, vehementi-  
e exquisita pleuritide esse affectum, et cum  
maximo mortis periculo. Medico dominus  
dixit: certius quidem certum est me curare ani-  
mo ad Franciscum tali morbo corruptum ex-  
animum, mortuusque videndum: timeo mihi  
ab morbo; siveque ab patrem ejus per litteras  
communicavit, et dixit, Franciscum esse cum  
mortis periculo, et in domo quidem sua, ta<sup>2</sup>  
modo existere non posse, verum neque pre timo-  
re contagij, curari. Latea domino subito scrip-  
vit, se in rebus penitus officere un-  
quam, ijs, et nullo per trium dieorum spaciam,  
prescripto remedio, die quarta in dictam ullam  
iter per pedrossa, activia, arduaque itinera  
in rotas fecit.

In domum suam reversus, mihi cura-  
tionem penitus commendaverunt, dixeruntque  
nullum fuisse prescriptum remedium; illis sig-  
nificavi propter longam moram arduam, valdeq;  
difficilem curationem esse, nihilominus pulsuum

tetegi, verum enim omnia antea relata signa inveni,  
illigique statim dixi, morbum quidem non esse  
pleuriticum, ille dixit: pleuriticum esse dixit mihi  
secundus Iudeicus Capitulazis dicti Capituli, que  
nunquam fallitor; pulrum iterum pedetentim  
et majori atenta curacitate tetege, quo medio tan-  
tum, exterior factus fui, iterum namque dixi,  
profecto si talis Iudeicus nunquam fallitur,  
nunc enim penitus se fefellerit. Iterum annexu  
pleuritidem non esse, ego tamen valde dictum Ita  
dici aversebat: tunc admonui pectus a vestibus  
exudere, pectus vero exacte recognovi, et inter qu  
axtam, et quintam costam aliquam visu, vix  
perceptibilem, sublimitatem deprehendi, cum nullo  
caloris, et coloris in naturali recessu, que tactu  
maxime augebatur dolor, et decubita supra afec-  
tam partem febat intolerabilis, sequent em  
statim potionem scripsi

R. E. Pulu. oculi. canc. et mat. perl.  
@ Z. c.c. philos. pp. et nit. depur. @  
H. elect. diasc. ex fac. Z. Syr. papab. rub.  
T. aquar. card. Bened. ramb. et viper  
O. acet. dest. in m. in duas e quales  
partes dividere feci; et in quinque horarum  
spatio, interposito iuxi, ambas aspergunt; te-  
quidem, et latens affecti brachio iuxi statione  
sanguinem mitere, paxiter, ad dolorum malcon-  
sum, ipsam discussionem secundandom,

exteriori parti reuentem sotum scripti?

Ag. Pingued. anser. capon. et olej amigd.  
dulc. sine igne @ ℥ss. camphore ℥ss. strac-  
ti croci ℥ss. quibus dolor pacatus, per  
majorem noctes partem obdormivit, toto  
corpoce perfuso blando madore: Sequenti die  
amplius quidem detrahi sanguinem jussi,  
eamdemquidem potionem scripti, ablato peni-  
tue diascordio, et ejus enim loco addito pulve-  
res cinabaris native, et mandibule luci pis-  
cis paucis, cum majori aquarum quantitate,  
quam repetitis vicibus sumpsit. In hac noc-  
te non ita requieuit: die sequenti, qui erat  
moxbi sexta, iterum sanguis missus est, et  
exundem pulverum cum aquis usus est: Sep-  
tima morbi die paucisq; spissis, madore  
plus minusve continuavit, ita dolor quidem  
et simul febris minuscule erant, tali modo mihi  
videbatur febrem, et dolorem deficitos esse, et  
sublimitatem pausilatim resolvendam: die oc-  
tavo, nono, et decimo hoc modo, et pausilum quu-  
endo, continuavit; remunquidem undecimo mor-  
bi die plenus, et exactius dolor, et febris simul  
exacerbati fuerunt, cum aliqua respirandi an-  
gustia, cum proprio rigore, nulla febris, et dol-  
oris ~~intermissione~~, et remissione; cum per spaciu-

duorum dierum, cum nullo sputo tuis diffisi;  
et ricta permanixerint, nullum magis sanguinem metere, et sequentem vechicum scripsi.

sii

Ag. Syr. edere terrae. olei amigd. dulc. sin. iq.  
et semin. lini recentis @ 30. sperm. celi  
recentis, et pulv. Dentis apri pp. @ 31. me

Pro doloribus mulcendis, et chrysopatis fibris  
laxandis, vexicam callidam tantum per in-  
tervala, non perpetuo, admoveare feci, plenam  
decopti emollientium ex lacte facti, tandem  
semper sublimitas partis dolentis, pariliter  
existebat, verum decimo quarto morbi die  
paulo sublimior, et mollior; tunc quidem dixi  
patui paracentesim necessariam esse, quo, in  
consilium duo Chirurgi vocati, quantis illis  
dixi esse necessariam, et eae operationem faci-  
lem, sine ullo que periculo, eamquidem facere  
nihilominus voluerunt, dicentes adhuc non esse  
tempus, et nulla esse in sputo supurationis sig-  
na; Cep illis dicebam: si hoc statim non facitis,  
statim rumpetur interior, cum suffocationis  
periculo: Emplastrum emollientia parti apponue-  
runt, et per quatuor dies demiserunt opera-  
tionem; at tamen decimo septimo morbi die  
dolor, et fetoris defecerunt, sublimitas omnime

evanuit, sincerum, et factidum, tenuique pus  
spuere cepit. Iterum Chirurgi in consilium,  
magna cum patris pena, vocati, statim ac-  
videxunt pus, quod visum, et dictum erat  
dixerunt, accessum fuisse interius ruptum,  
et sic station operam perfunctio[n]e paracen-  
thesi dederunt; verum cum tanto gери leba-  
mine, ut paulo post, post curationem, dixit:  
videre sibi esse bonum: pus in curationis tem-  
po[re], spirationis impetuose + exhalatur, et inspira-  
tionis tempore paulatim, et quandois vehe-  
menter per ulcus inspiraret, et spiraret, certe  
credi non potest, que primis quidem diebus  
pusis quantitatem proficit: duo chirurgi,  
uno verbo dicebant plus octo librarum ponde-  
ris pusis ortum fuisse: Ego semel vidi, verum  
tamen oxxus. In quinque primis curationi-  
bus tantum generalia remedia parti apposuerunt:  
Ego autem, ut cocleatum sumeret, decoctum  
feci facere vulnerarum ex edera terrestri,  
pulmonaria, maculata, scordio, centaura mi-  
noxi, radicibus symphiti, majoris, et pirola,  
in quo Valsamum Perrurianum prius cum  
vitelo oviffo. et sulphuris annusatum dissolve-  
re feci: ipsomet Decocto chirurgi' injectio-  
nes

+ exgelsbat

matutino quidem, et vespertino tempore  
per ulcus addita therevinthina insituebant.  
Cum autem his potionibus, et injectionibus  
valsamico vulnerariis hic abscessus, mes  
quidem videri debite fuisse tractatus, illis  
intea decem, et octo diecum spatium con-  
valluit, ita quidem perfecte, ut paucis post  
Stomachalem vestrem immaculatam Dei Ga-  
nitius I. Starig a Monte Carmelo, in To-  
letana Civitate, magno suscum cum gau-  
bo, accepisset.

Dixens affectus meo quidem viden-  
t fuit inflamatio, non tantum muscularum  
intercostalium; sed & etiam pleure, imprimit  
illius scilicet partis extremp, que versus  
costas sita est, et non fuit vere pleuritis,  
hęc autem inflamatio in abscessum termina-  
vit, partim ob curationis, missionisq; sangu-  
nis moram, partim ob sanguinem nimis  
crassum, ac tenacem, suis ninijs inoudina-  
tionibus redditum, cuius proprium quidem  
